

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui
comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352**

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Brevis Superiorum Affectum Synopsis [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-93309](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93309)

Maxime, à te deinde Virgo Ma=
 ter, Archangele Michaël, et hos
 Angele, S. Iosephi, Georgi Martyr,
 Benedicte Patre, Anselme, veteriqz
 Patroni ac Patrona, et S. omnes,
 ex animo obtestor.

Brevis Superiorum Affectuum
 Synopsis:

Ad Usum frequentiorem contracta:

Credo in te. O Deus Veritas, et
 quidquid te revelante Fides do=
 cet, et Ecclesia proponit: adauge
 in me Fidem, et da, ut in illa
 Sincere vivam, et constanter
 moriar.

Spero in te. O infinita Fidelitas!

164.

Unicum, ac Summum Bonum
meum, et spero à te, quam
promisisti, Veniam, Gratiam,
Gloriam; et precor, ut hæc
Sper me non deserat in vita,
non confundat in morte.

Amo te O! Immensa Bonitas,
et quidquid tecum, ac propterea
te est amabile, idque ex toto
corde meo. Et hoc amore opto
animari totam vitam meam,
et vitam meam exitum terminari.

Detestor ex animo, O Aler-
na Maiestas, omne peccatum
meum, non quia Summum
meum malum est, sed quia
Summa tua Offensa est. Et
nollem illud unquam à me com-
missum: ac statuo te adiu-

vante, n
petoqz
to non v
nitentia
Resign
rerum o
beneplacit
Subdo, s
illo nec in
nec in vi
Agnosco
Divinam
tot benef
vixi mor
Sequibz d
Cogitatio
corporis
gratiadqz

165.

vante, nunquam illud committere
 peccatq; ut, quem nosti, sine pecca-
 to non vivere, donec sine Coe-
 nitentia non mori.

Resigno me tibi, O Supreme
 rerum omnium Domine; tuoq;
 beneplacito vitam meam Universalis
 Subdo, firmiterq; decerno ab
 illo nec in prosperis, nec in adversis,
 nec in vita, nec in morte recedere.

Agnosco Beneficentissime Deus,
 Divinam tuam in me Liberalitatem,
 tot beneficij testatam, quot
 vixi momentis: tot meis ob-
 sequijs dignam, quot habeo mentis
 cogitationis, animi affectus,
 corporis membra, respirandi vires:
 gratiasq; ago ex animo, meq;

166.

in Compensatione integrè reddo
quoad totus per mortem tranſeo
in Gratitudinis holocaustum,
æternis à me gratijs tibi offe-
rendum.

O Deus meus, et omne Bonum
meum! pudet me, quòd te
non contentus, Bono infinito
bonitatis exigua umbram, sim
ſectatus: detestor præpoſterum
illud Studium meum, et re-
nuntio omni bono, quod te
minus est, illudq; peto, ut
tu ſolus deinceps, expleas omne
deſiderium meum.

Mitiſſime Deus, qui non
minus te patienter miſericordè
quam agendo Potenteſtendis:
Offero me tibi ad ferendum

167.

quidquid immiseris, aut per-
miseris, ideo solum, quia tu
me ferre iubes: petoq; istam à
te gratiam, ut non sinas pa-
tientiam meam, aut vitam mo-
lestis, aut malevolorum iniu-
riis, aut morborum, & mortisq;
doloribus convelli.

Benignissime Deus! quid
ut me ad petendum allicias,
petenti omnia promittis: Eue-
fretus promissis tuis, peto
veniam, & solatium afflicto
subsidiium egens, ignaro ductum
infirmo robur, vivo gratiam
morituro perseverantiam: petoq;
illa ipsa promissa tua, quibus
divinam tuam obligasti fide,

168.

rogo, ut petenti annuas, pe-
 tita dones, & donata conserues.
 O Deus Pater Misericordia-
 rum! O Fili Dei! mi-
 seriarum consors! O Spi-
 ritus Sancte! miserorum Con-
 solator, per ista mihi dul-
 cissima nomina obtestor;
 ut, quem Patrem appello,
 Patrem habere merear: que
 Fratrem, et Consortem
 agnosco, Fratrem experiar:
 quem Consolatorem veneror,
 Consolatorem sentiam, tum
 maxime, quando cum Morte
 luctandum erit pro Aterni-
 tate; utq; reffectus Pane
 Vita, Crucis Virtute adiutq;

patroc
 tutant
 assidens
 Patroni
 Beatis
 felicem
 morte
 Spir

Non intro
 seruo tu
 quia no
 Spectu

Ne
 iniquita
 Anticip
 tua;

^{169.}
 patrocinante Matre Virgine
 tutante Archangelò Michaelè
 assistente Angelò Custode
 Patronis meis Succurrentibus
 Beatiss omnibus auxiliantibus
 felicem consequar, devictà
 morte Aternitatem. Amen.

Aspirationes pro felici Obitu.

Ad Christum.

Non intres in Iudicium cum
 seruo tuo, dulcissime Jesu!
 quia non iustificabitur in con-
 spectu tuo omnis vivens.

Ne memineris bone Jesu
 iniquitatum mearum: cito
 anticipent me Misericordia
 tua: quia pauper factus sum nimis.